CHRISTUS, *hoc loco*,

- 1. Diſſuadet τὰ γινόμενα, partim à
  - 1. Divitibus. *Servitium ſcil. Mammonæ ſive Avaritiam (quam cum cultu* DEI *ſtare poſſe perperam ſibi imaginãtur) Argumento ἐνθυμηματικῶς ἐκ τοῦ ἀδυνάτου ducto. Syllogiſmus eſt talis*
    - 1. *Major Propoſitio: Nemo poteſt duobus Dominis (quà* Duo, *id eſt, quatenus uterq; ſuum dominium ab invicem diverſum & diſiunctum habet) ſervire. Ratio ſtatim additur: Quia ejusmodi ſervitium non niſi κατ᾽ ὀφθαλμοδουλείαν fiat, v. 24.*
    - 2. *Minor implicita, ex Concluſ. colligenda:* Deus *& Mammon ſunt* Duo *Domini.*
    - 3. *Concluſio. Ergò non poteſtis* Deo *ſervire & Mammonæ. v. 24.*
  - 2. Pauperib. *nimiã de victu & amictu ſolicitudinẽ. Dehortationis mẽbra ſunt tria.*
    - 1. *Propoſitio: Ne ſitis ſoliciti de anima veſtra, quid &c: v. 25.*
    - 2. *Confirmatio ex Loco*
      - 1. Cõparatorum:
        - 1. *Majoris: Nonnè anima plus eſt quam alimentum? & corpus, quam veſtitus? v. 25. q. d. Qui majora, vobis non cogitantibus ex mera gratia largitus eſt, cur non minora etiam, ſine cura veſtra tribueret?*
        - 2. *Minoris: Intuemini in volucres cœli &c. Pater* Vester *alit eas &c. v. 26.*
        - 3. *Parium: Quis ex vobis ſolicitè cogitando poteſt &c. v. 26.*
      - 2. Similium. S*imilitudo à liliis agri ſumitur & ponitur ejus*
        - 1. Κατάστασις· v. 28.
        - 2. Σύγκρισις *cum Gloria Salomonis: v. 29.*
        - 3. Ἀπόδοσις· v. 30.
    - 3. *Concluſio: Ne igitur eſtote &c. v. 31. Cæterùm majoris deteſtationis ergò aliud à turpi argumentum* Dominus *ſubjungit:*
      - 1. *Nam omnia, inquit, iſta Gentes requirunt: Pudeat igitur vos Chriſtianos iſtarum veſtigiis inſiſtere, &c.*
      - 2. *Novit Pater* Vester *C. &c. Ergò vos ejus Liberos tàm curioſa ſolicitudo minimè decet. v. 32.*
- 2. Suadet *Utriſq; τὰ δέοντα· Acquiſitionem nim. Regni C. v. 33. Tria hîc habentur:*
  - 1. *Propoſitio: Quærite primùm Regnum* Dei *&c: v. 33. Obſervanda & ponderanda hîc ſunt:*
    - 1. *Bona amiſſa*
    - 2. *Modus inveniendi denuò ſeu recuperandi. Duo huc pertinent: τὸ*
      - 1. Ζητεῖν· *quæſitu opus eſt. Ubi autem & apud quem determinatio Regni monſtrat, ſupra apud* Deum *precibus ſcil. &c.*
      - 2. Χρόνος· *Primò omnium.*
  - 2. *Ratio ab Utili, v. 33.*
  - 3. *Epilogus ἀπὸ τοῦ κοινοῦ· v. 34. Ubi duo declarationis ergò adduntur: Quippè*
    - 1. *Quæ cura probibeatur: ſcil. quæ fit in craſtinum ſive de craſtino, orta ex mera diffidentia.*
    - 2. *Quare fugienda ſit: Quia ſupervacanea. Nam*
      - 1. *Craſtinus dies ſolicitus eſt de rebus ſuis.*
      - 2. *Sufficit diei ſua tribulatio.*